6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [William Wake ?], Erzbischof von Canterbury.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 13.01.1725

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-18280

/III 1 C 16

Reverendissime Domine,

(24)

Quoties cogito, (: cogito autem quam saepissime :) quam sanctis, si ~~DEum~~ causam DEi spectem, quamque honorificis et amoris plenis, si me imme~~rentem~~ issimum respiciam, bis terque me compellaveris litteris, toties me summopere pudet, Tuis cum desideriis, tum adhortationibus in Missionis Indicae negotio me tanto temporis intervallo non fecisse satis. Sed ita me Dominus subinde in vitae meae curriculo edocuit, sine ipso me nihil posse. Otiosum foret, Tibi multiplices meos, sed irritos, ea in re conatus et nisus, curas hinc animo meo natas, diurnas nocturnasque, ac difficultates innumeras ~~missioni~~ novorum operariorum in Indiam missioni obiectas enarrare. Persuasissimum enim mihi est, eam esse aequanimitatem Tuam, charitatemque, ut sine ulla Tua indignatione his ambagibus supersedere possis. Namque per DEi gratiam, ut arbitror, salva res est, evenitque mihi suo modo illud, quod Christus ait Joh. 16,21: Mulier postquam peperit puerulum, iam non meminit afflictionis propter gaudium, quod homo sit natus in mundum. Etenim sic meus quoque dolor tandem evasit in gau-

dium, postquam Deus mihi tres pro-
bat~~os~~ ~~viros~~ ~~iuvenes~~ dedit, Mar-
[margin: et pietatis et dexteritatis iuvenes]
num Bossium, Christianum Fridericum
Pressierum, et Christophorum
[margin: educatos quidem]
Theodosium Walthenum, in Aca-
demia nostra Halensi ~~educatos~~ quidem,
~~sed~~ Hafniae autem ad opus Domini in
India Orientali prosequendum
mense Octobri anni superioris
1724 plenniter ordinatos.

Quum tu iam, Reveren-
dissime Archiepiscope, hosce
tres modo nominatos novos
Missionarios demississime omnique manus tuas
ut fas est, reverentia ~~manus~~ tuas
osculari cupientes, eadem benigni-
tate, qua eorum Antecessores
paucis abhinc annis, sis excepturus,
[margin: haud dubitare me sinunt verba illa]
~~certa~~ ~~illa~~ epistola Tua
novissima d. 22. Mensis Iul.
a. pr. ad me data ~~haud~~ ~~dubitare~~
~~me~~ ~~haud~~ ~~sinit~~: [" Tu tempus ne
" perdas (: vere autem affirmare
" ~~ausim~~ ~~illa~~ ~~mea~~ ~~culpa~~, salte
quantum sciam, ~~ullum~~ perditum
a me non esse momentum :) in eligen-
" dis mittendisque in Angliam
" viris ad hoc munus exequen-
" dum paratis: nostrum erit pro-
" videre ut in illas oras, qua
" par est, cura advehantur!"

Verbis exprimere nequeo, quantopere me illa Tua consoletur summa humanitas, immo zelus ille Tuus exquisitissimus et prorsus divinus, quo tanquam dignissimus Praeses Illustrissimae Societatis de propaganda cognitione Christi, non Angliae solum, sed orbi universo praelucens, omnibusque posteris exemplum probus singulare atque eximium, quod, qui

pro modulo suo

imitari studeant, nunquam deerunt viri cordati de ecclesiae salute

instinctu sancti Spiritus pie

sollicit. [Utile est, quicquid rependere Tibi pro tanto beneficio homines possunt; ipse autem Dominus, dum sub coelo agis, clypeus Tibi, et in coelis amplissima merces Tua erit. ~~Maxima~~

[Ego vero ~~[illegible]~~ Te obsecro, Vir Eminentissime, ut me tanquam hominem, accensum quidem cupiditate res ecclesiae aliquo modo iuvandi, sed ubi veritas ~~fer~~ tempus id postulat, nec sibi nec aliis ullo pacto satisfacientem porro ~~[illegible]~~ tolleres ~~[illegible]~~ ~~aut [illegible]~~ ~~porro clementer~~ ~~ferre~~ Tuos, et imbecillimas meas molimina ~~Tua~~ sapientia, moderatione, commiseratione, atque oratione etiam Tua ~~etiam~~ fiducia plena sustineas.

Biblia Bohemica apud nos iam impressa, de quibus prelo subiiciendis me Tibi scribere memini, benevole quaeso una cum literis hisce accipias. Id nunc apud nos agitur ut Polonica pari ratione edantur, quorum ubi V. D. prodierit, exemplum pariter quam submississime Tibi offerre animo meditamur ~~[illegible]~~

Dominus Te hoc anno
et pluribus sequentibus
ita valere iubeat, ita viribus
naturæ gratiæque corrobo-
ret, ita ecclesiæ servet in-
columem, ut in Te impletum
omnes agnoscant illud
Jes. 40, 31. Exspectantes
Jehovam mutant vires,
ascendunt pennis velut
aquilæ, currunt, neque
defatigantur, pergunt,
nec defatiscuntur; sublimi-
ori ratione in Te implen-
dum in altera vita. Vale
Reverendissime Pastor
ac Domine
Tuæ Eminentiæ subiectissime
cliens

Hal. d. 13.
Jan. 1725. A H Francke.

accep. d. 14. Jan.